git. Et in hoc scimus quoniam in ipso sumus. Qui dicit
se in ipso manere. debet sicut ille ambulauit.
et ipse ambulare. Id est per dilectionem nimiam
etiam pro inimicis orare dicens. Pater ignosce illis.
Sed et prospera mundi cuncta forti animo
contemnere. Libenter irrisiones et obprobria
tolerare. sicut et ipse dicit. Si quis uult post
me uenire. abneget semet ipsum. et tollat
crucem suam et sequatur me. Carissimi. non
mandatum nouum scribo uobis sed man
datum uetus. quod habuistis ab initio. Man
datum uetus est uerbum quod audistis. Iterum
nouum mandatum scribo uobis. Eadem caritas
et mandatum uetus est. quia ab initio commen
datum. et mandatum nouum. quia tene
bris eiectis. desiderium nouae lucis infun

License: CC-BY-NC – St. Gallen, Stiftsbibliothek, Cod. Sang. 262, p. p.%20209 – Beda in epistolas canonicas (http://www.e-codices.ch/en/csg/0262/p.%20209)